

religiosus hoc ipso quod religionem sequitur, Dei se voluntatem nosse testatur. *Prose.*

119. Professio itaque religionis non aufert delictum, sed auget, quia assumptio religiosi nominis, sponso est devotio: et sic tanto plus quisquam debet opere, quanto plus promiserit professione.

120. Sed forsitan dicit aliquis: Si hæc ita sunt, tutior ergo est irreligiositas, quam religio. Minime: religiosus enim per hoc est debitor, quod proficitur religionem: irreligiosus autem per id quod neglexerit religionem. Religiosus debet quidquid professus est agnovisse: irreligiosus vero etiam quod non dignatur agnoscere. Lib. 2, *ad Eccles. cathol.*

121. Non est quod competere quisquam, aut non obesse divitiis religioni patet: impedimenta hæc sunt, non adjuncta; onera, non subsidia. Possessione enim et usu opum non sufficitur religio, sed everitur. *Ibid.*, lib. 2.

122. Illud durius ac molestius est, quod quidam sub religionis titulo a religione dissentunt, et habitum magis sæculum relinquere, quam sensu. *Ibid.*, lib. 4.

S. THOMAS  
AQUINAS.

123. Perfectio charitatis, est finis status religionis: status autem religionis est quadam disciplina, vel exercitium ad perfectionem perveniendi. 2, 2, *quæst.* 186, art. 3.

124. Tanto sollicitudo temporalium rerum magis impedit religionem, quanto sollicitudo spiritualium major ad religionem requiritur. *Ibid.*, *quæst.* 488, art. 7.

125. Dubitare an propter contritionem amicorum, vel quodcumque temporalium detrimentum, homo debeat religionis propositum præfermittere, est animi adhuc carnali amore irretiti. *Contra retrahentes ab ingressu relig.*, cap. 9.

THOMAS A  
KEMPIS.

126. Qui aliud in religione querit, quam pure Deum et animæ suæ salutem, non invenit nisi tribulationem et dolorem. Lib. 1, *de Imit. Chr.*, cap. 17, sect. 2.

S. VALER.  
EPISCOPUS.

127. Cui studium et in religione Christum colere, prius cordis quam corporis indumenta suscipiat. *Homil.* 1, *de Bono discipl.*

128. Parum ille habet de religione, quem studere vides sæculo: et plus presenti vite lavere, quam æternæ gloriæ. *Ibid.*, *homil.* 4, *de Promiss.*

J. VINCENT.  
FERRAR.

129. Secundum opus majus post martirium, est religionem ingredi, et renuntiare pro Deo voluntati propriæ. *Serm.* 6, *Dom.* 2, *Adv.*

SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

130. Cura ut vir sis, et cogita quem in locum sis progressus, et vide quid jam tibi sit necesse fieri. *Orat.* 3, *pro Catilina.*

131. Prudentius urbem religionem, quam ipsi

mombus cingitis. Lib. 3, *de Nat. deor.* num. 95. Vide etiam *lit. Communis*, sent. 110; *Juventus*, sent. 17; *Militia*, sent. 83; *Nomen*, sent. 63; *Ordo*, sent. 39; *Paupertas voluntaria*, sent. 10, 172, 173; *Perversitas*, sent. 12; *Solitudo*, sent. 5, 58.

RELIGIOSUS.

*Etymologia.* Religiosus est quasi religatus, id est, retro et non ante ligatus: ut quæ retro sunt obliviscens, ad ea quæ sunt ante se extendat. *Super Epist. Jacobi*, cap. 1.

Religiosi a relegendo appellati sunt, qui tractant et quasi relegunt ea quæ ad cultum divinum pertineant. Lib. 10, *Etymol.*, verbo *Religiosus*. Religiosi dicti sunt a religendo, ut eligentes, ab eligendo, tanquam a diligendo diligentes, ab intelligendo intelligentes. Lib. 2, *de Natura deor.*, num. 72.

*Definitio.* Religiosi sunt, qui mente et corpore simul fugientes, elongant se a mundo. *Super Psalm.* 147.

SENTENTIE PATRUM.

1. Religiosi mundo sunt mortui, eorumque in celo este cum angelis conversatio. *Serm.* 4, *serm.* 3, cap. 31, *de Excellentia religionis*, quinquagena 1, excellent. 1.

2. Esse religiosus in celo sedes inter seraphicos potest, quod hic in statu perfectissima degerit charitatis. *Ibid.*, quinquagena 2, excellent. 10.

3. Quod religiosus sis probat professio ipsa, status tuus, et nunc habitus tuus, et tonsura: sed an fictus, an verus religiosus sis, tu videris. *De adherendo Deo*, cap. 8.

4. Non propterea le Domino dicasti, ut tuos divites facias: sed ut vitam tibi perpetuum fructu boni operis acquiras, et præfio miserationis peccata redimas tua. Lib. 4 *Offic.*, cap. 30.

5. Procul a religiosis indignatio esse debet, procul cupiditas ultionis, procul inconsiderata conjunctio, et incauta simplicitas. Lib. 7, *super Luc.*, cap. 9, in illud: *Nolite prohibere eos.*

6. Nihil tam periculosum, quam si professionis gesta repugnent. *Super I Timoth.* v, in illud: *Quidam deerraverunt per satanam.*

7. Duo sunt ordinis genera religioso convenientia: unum extarius, quo religiosus videtur: aliud vero interioris, quo religiosus habetur. *De Similitud.*, cap. 90.

8. Religiosus religatus est, id est, bis ligatus, ligamine præceptorum in baptismi acceptione, et ligamine observationis consiliorum in solemnibus professione. *Part.* 1, *tit.* 3, cap. 7, § 1.

9. Verus religiosus ab inquietudinibus mundi liber est, quia mortuus est eis, et absolutus a cura

S. ANTONIUS  
DE PADUA.

parentum suorum, ut quietus Deo vivat. *Part.* 3, *tit.* 16, cap. 10, § 4.

10. Vita cuiuslibet religiosi debet esse deserta, id est, in omni exterioribus substantiis abrenuntiatio: et invidia, id est, ut nullum vestigium aliquid habendi in ipsis remaneat voluntate. *Serm.* *Dom.* 2, *Adventus.*

11. Quanta afflictione, quanta asperitate nos affligere debemus? Sit ergo vilis habitus, asperitas victus, ut vere possimus vocari religiosi, id est relegati, scilicet ab omni voluptate carnali. *Ibid.*

12. Quid detestabilius et abominabilius Deo et hominibus, quam superbia in religioso? *Serm.* *Dom.* 20, *post Trinitatem.*

AUGUST.

13. Quis non illos miretur et prædicet, qui contemptis atque desertis mundi luxus illecebris, in communem vitam castissimam sanctissimamque congregati, simul etatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus: nulla superbia tumidi, nulla pericacita turbulenti, nulla invidia lividi, sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam et intentissimam in Deum gratissimum munus ipsi offerunt, a quo ista posse mererunt. *Prose.*

14. Nemo quidquam possidet proprium, nemo cuiquam onerosus est: operantur manibus ea, quibus a Deo mens impediri non possit: hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc institutum si laudare velim, neque digne valeo. *De Morib. Eccles.*, cap. 31.

15. Nolite mihi colligere professores nominis christiani, neque professionis suæ vim aut scientes, aut exhibentes: nolite consecrari turbas imperitorum, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, ut oblitii sint quid promiserint Deo. *Prose.*

16. Novi multos esse, qui renuntiaverunt verbis huic sæculo, et se omnibus hujus sæculi mollibus opprimi velint, oppressique letantur. *Ibid.*, cap. 34.

17. Illi, qui aliquid videbantur esse in sæculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt: magis autem studeant, non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. *Regula* 3, *ad Clericos.*

18. Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse, nec injustum videri eis, quos fecit aliqua consuetudo fortiores. *Ibid.*

19. Cur volatilia cæli non vobis sunt exemplo ad nihil operandum, et vultis ut sint exemplo ad nihil operandum? *De Opere monachorum*, cap. 24.

20. Quid agant, qui operari corporaliter nolunt,

cui rei vacant, scire desidero: orationibus, et psalmis et lectioni, et verbo Dei: sancta plane vita, et in Christi suavitate laudabilis. *Ibid.*, cap. 17.

21. Nullo modo poterunt separari, quos divina charitas sociavit. In *Regula prima ad Clericos.*

22. Ipse homo Dei nominis consecratus, et Deo devotus (in quantum mundo moritur, ut Deo vivat) sacrificium est. Lib. 10, *de Civitate Dei*, cap. 6.

23. Esse cum hominibus bonis, qui elegerunt vitam quietam, remoti a strepitu populari, a turbis inquietis, a magnis fluctibus sæculi, qui tanquam in portu sunt, ibi gaudium, ibi jubilatio. *Super Psalm.* 137.

24. Fratres sunt homines omnino contemptores sæculi hujus, quibus non est gratum quidquid temporaliter fluit, non hærent dilectione aliqua terrenis operibus: sancti, casti, continentes, justii, omnia sua vendentes, et pauperibus distribuentes. *Super Psalm.* 133, vers. penult.

25. Quid hic vita comparandum? quid beatius? quid ejus conjunctione et unitate sincerius? quid morum et animarum conspiratione gratiosius? *Prose.*

26. Multi unus, et unus non solus, sed in pluribus.

27. Homines ex diversis generibus ac regionibus orti, ad tantam identitatis sinceritatem coaptati sunt, ut una anima in multis corporibus conspiciatur, et multa corpora unius animæ instrumenta ostendantur.

28. Ili angelorum vitam emulantur; non est inter angelos lis, non contentio, non ambiguitas. in *Constit.*, cap. 18.

29. A cognatis et amicis ac parentibus in tantum affectu separatos esse religiosos convenit, quantum mortuos a viventibus disparatos esse videmus. *Ibid.*, cap. 20.

30. Aliorum professio virtutis, altiore debet ritum tenere vivendi. *De Templo Salomonis*, cap. 7.

31. Video post spretam sæculi pompam nonnullos in schola humilitatis, superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilisque magistris graviter insolescere, et impatientes amplius fieri in claustro, quam fuissent in sæculo. *Prose.*

32. Video aliquos non sine dolore, post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotiis, rursus terrenis cupiditatibus immergi, cum magna cura erigere muros, et negligere mores sub prætextu quoque communis utilitatis, verba vendere divitiis, et matronis salutationes.

33. Sunt nonnulli, qui mundum sibi et se mundo non crucifixerunt, ita ut qui antea vir in suo

S. BASILIUS  
MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

vico vel oppido cogitū fuerant, modo circumcūtes provincias, et curiās frequentantes, regūm notitias, principūque familiaritates ascēdit sūnt. *Homil. 4, super Missus.*

34. Quantos invenire est fratres, ex his quoque, qui in religionis habitu et proposito degunt perfectionis; et tamen tam irreligiose secularibus sese implicant negotiis, ac si hoc esset tota eorum portio, hanc universā substantiā. *Serm. 7, super Quis habitat.*

35. In medio periculū est his, qui jam egressi de saeculo, in loco conversionis habitant; tanquam in paradiso voluptatis. *Serm. Quomodo voluntas nostra divinae voluntati subijci debeat.*

36. Sex sunt servorum Dei observantia: silentium, psalmodia, vigiliae, jejuniū, opus manuum, carnis munditia. *Serm. 12 de Parvis servitoribus.*

37. Religiosus malus exteriorem superficiem intuens, salva sibi omnia suspicatur, non sentiens verum occultum qui interiora corrōdit. *Prose.*

38. Manet tonsura, vestis nequid mutata est, jejuniarum regula custoditur; statuti psallitur horis, sed cor longe est a me, dicit Dominus.

39. Sub habitu religionis animus seculari, sub panis conversionis inventis cor perversum. *Serm. 2 in capite jejuni.*

40. Qui stare voluerit, non quidem relinquens ordinem, sed proficere in eo dissimulans, cadat necesse est. *Serm. de Tribus ordinibus.*

41. Magna confusio, magna valde, quod ardentius saeculares perniciosius desiderant, quam religiosi utilia: citius illi ad mortem properant, quam isti ad vitam. *Serm. 1 ad Fratres.*

42. Conversare simpliciter inter fratres, devotus Deo, superiori subditus, senioribus obediens, junioribus contemperans, angelis placens, verbo utilis, humilis corde, mansuetus ad omnes. *Epist. 87, ad Operum canonice regularem.*

43. Ne times esse contra charitatem, si unius ejectione scandalum multorum recompensaveris pace. *Prose.*

44. Melius est ut pereat unus, quam unitas. *Epist. 102, ad Quemdam abbatem.*

45. Modus vitae religiosorum est sanctus, honestus, castitate decorus, discretionē praecipuus, a patribus institutus, a spiritu sancto praordinatus, animabus salvandis non mediocriter idoneus. In *Apologia ad Guillelmum abbatem*, verbo *Venerabili*.

46. Altissima est professio vestra, celos transiit, par angelis est, angelicæ similis puritati. *Prose.*

47. Non solum vovisti omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem; et omnis consummationis finem.

48. Aliorum est Deo servire, vestrum adhaerere: aliorum est Deum credere, scire, amare; revereri, vestrum est habere, intelligere, cognoscere, frui. *De Vita solit.*

49. Nihil aliud docet religiosos divina Scriptura; nisi religionem amare, unitatem servare, charitatem habere. *Libro Meditationum*, cap. 7.

50. Nemo de religionis habitu sibi blanditur, qui adhuc linguam suam non didicit, religare: religa tuam linguam si vis esse religiosus, quia sine lingua religatione religio vanus est. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 27.

51. Multi convertuntur ad Deum, non tam mente, quam corpore: habitum religionis habent sed mentem religiosam non habent. *Serm. 6 ad Sororem.*

52. Non vestis religiosa, sed mentium munditia religiosum facit: non capitis abrasio, sed Christi dilectio, probatum religiosum reddit. *Serm. 11 de Cena Dom.*

53. Religioso totum tempus vitae suae, est tempus penitentiae. *Super lib. 4 Sent.*, dist. 17, part. 2, art. 2, quest. 2.

54. Parum timet diabolus jejunantes, vigilantes, continentes: sed concordat unanimitate viventes in domo Domini: conjuncti Deo, et sibi, per vinculum charitatis, hi dolorem, hi timorem, hi livorem diabolo ingerunt. *Lib. 1 Phœnice*, cap. 27.

55. Religiosus debet habere potius maturitatis quia in pondere maturitatis cognoscitur religiosus. *Tit. 1 Diatry*, cap. 1.

56. Secularis inhoneste vivens, solum infamat semetipsum: religiosus vero inhonestus et dissolutus, infamat totum monasterium et ordinem suum. *Ibid.*

57. Sicut quando vinum proclamatur in villa, per vinum quod portatur in scypho judicant homines de toto vino quod est in dolio: sic mundus per conversationem, quam videt in uno religioso, judicat omnes alios, qui sunt in monasterio, vel in ordine suo. *Ibid.*

58. Religiosus debet se castigare, non interficere, preloso obedire, non contradicere: et semper in bono proficere, non retrocedere. *Ibid.*

59. Minus malum est non esse religiosus vel nomine, vel habitu, ubi non vivunt, sicut religiosus eorum forma requirit, quam ut sint, et per vitam eorum perversam alios scandalizent. *Civitas Regul. S. Francisci*, quest. 10.

60. O quam abominabilis est ille religiosus Domino, qui vestem sumit humilem, et cor superbum! *De Perfect. via ad Sorores.*

61. Cavet vir constans et honestus, ne consuetudinem ordinis sui temerarius violator existet. In *Speculo discipul.*, part. 2, cap. 2.

62. O quam propo ille religiosus est perditioni et interitui, qui in cognoscendis rebus est curiosus, in iudicando aliorum conscientias sollicitus, seipsum autem ignorat et nescit. *De Perfect. via ad Sorores*, cap. 1.

63. Ad professionem nostram pertinet subjectione, et abiectione gaudere, paupertatis studium querere; et non facultates, sed etiam ipsas voluntates de cordibus eradicare. *Hom. 28.*

64. Felix est illa anima, que cum bene in congregatione versatur, multorum gaudium est, et phirimi ex ea vel edificatur, vel illuminatur. *Ibid.*

65. Infelices sunt et miseræ, et omni lacrymarum fonte legendæ illæ animæ, quæ ita malis moribus corrumuntur, ut ex illarum ore vel cogitatione non Christi medicamenta, sed diaboli venena procedant. *Prose.*

66. Quæ cum foris religioso habitu, quasi pelibus ovium contegantur, velut lupi rapaces intrinsecus esse nocentur, et serpentium vel viperarum more, tandiu factam humilitatem habitu corporis demonstrare videntur, quandiu nulla castigatione corripuntur.

67. At tibi vel levis admonitio affuerit, tunc falsa humilitate remota apparuit elata superbia.

68. Et tunc in veritate cognoscitur, quia aliud proferebatur ore; aliud abscondebatur in corde: falsa humilitas fingebatur in corpore, et superbia virtus legebatur in mente. *Ibid.*; *hom. 35.*

69. Si nobiles nati estis, flagis de religionis humilitate, quibus de saeculi dignitate gaudete. *Ibid.*, *epist. ad Quemdam.*

70. Religiosus quævis vias furas ingreditur, et se districtissimis mandatis obligat, et jugulator voluptatum hostem securus aggreditur. *Prose.*

71. Arcta via est castitas, trames strictus humilitas, jejuniu affligi, et carnem in servitutem redigere, scopulose sunt semite. *De Stella et Magis*, cap. 2.

72. Beati sunt religiosi, si tanto sincerius, stabilius, fructuosius vacent Deo: quanto præ ceteris se corporaliter elongaverunt a saeculo. *Prose.*

73. Si autem, quod absit, mundum intra se retinuit clausum; si ad ea que saeculi sunt, deo non afficiuntur: si non solum sabesse, et obedire graviter ferunt, imò et preesse fatuosissimo capiunt, presidecere moliantur: si linguam lo-

quacitati, ventrem gulositati, cor dissolutioni ac levitati resolvunt: si diligunt somnum, passionibusque succumbunt, nec continuo profecti digne insistant, ut teneant, homine supite contritione, multiplici confusione; gravissima damnatione sunt digni? In *Hymno de S. Joanne Baptist.*

74. Religiosus tanto majorem gloriam promeretur, quanto inter plures exemplariter conversatur. *Prose.*

75. Tanto quoque graviozem damnationem incurrit, quanto inter plures perverse et scandalose se habet.

76. Ideo qui in medio congregationis versatur, cum summa sollicitudine studeat exemplaris esse in verbis et factis: *De Professione vobisica*, art. 9.

77. Bonus religiosus quidquid virtutis accipit in aliis, studet sectari, culpas vero aliorum pie pertransit salva correptione fraterna. *De Professione monast.*, art. 16.

78. Religiosus debet tam indesinenter humilitatem ac Dei timorem mentis revolvere ac tenere; quam incessanter attrahit sibi aerem ore. *Ibid.*

79. Religiosus ad perfectionem tendens, ab omni vitio iræ et indignationis alienis consistere debet. *Ibid.*, art. 13.

80. Superbus religiosus non indiget demone se tentante, ipse enim sibi ipse factus est demoni et impugnator. *Ibid.*

81. Quanto religiosus ea que mundi sunt rarius videt, audit, sentit, seu percipit, eo perfectius obliviscitur talium, et aptior fortiorque ad vacandum Deo consistit. *De Mortificatione vobisica*, art. 5.

82. Si cœperit religiosus studium virtutum paululum laxare, sive remittere, sequæ ad exteriora effundere, et cordis custodiam minorare, paulatim decrescit, et protinus nisi fortiter resistat, omnino insensibiliter deliciet. *Ibid.*, art. 13.

83. Hoc Deus precipue requirit a religiosis, ut bona que agunt, agant corde prompto, ac fervido animo: illa ut servant Domino cum juvenilitate interna sine torpore atque fastidio. *De Profectu spirit.*, art. 8.

84. Religiosus omnis tarditate, pigritia, fastidio, ac torpore abjectis, spreus ac contumacis, viriliter, celeriter, et ferventer aggredietur, et inchoet opera bona, que et strenue prosequatur, ac virtuose consummet. *Ibid.*

85. Non dignus est religiosus vocari, qui oculos suos ab imprudenti circumspectione non reprimat. *Ibid.*

86. Nisi religiosa persona cœnetur quotidie sa-

S. CYPRIANUS  
A. BLAT.

S. DONAT.

S. CYPRIANUS.

DIONYSIUS  
CARTBUS.

intus purgare, motus et impetus passionum refrenare, et coram Deo digne proficere; efficitur multo incorrigibilior, durior, et peior in claustro, quam erat in saeculo. *Ibid.*, art. 14.

87. Nunquam periculosa et stulta securitate dissolvatur, aut torpeat religiosus; sed quodlibet timorator, diligenter ac fructuosus fiat. *Ibid.*

88. Ubi manebunt, ubi latebunt, quo fugient illi religiosi, qui diu aut multis annis fuerunt in ordine, et tamen adhuc tam passionati sunt, tam proni ad iram, impatientiam, proterviam, acediam, ac proprii sensus immanationem, sicut dum ordinem primo introierunt, aut magis? *De Prof. monast.*, art. 7.

S. RUSEBETUS  
EMISENSIS.

89. Felix est anima illa, quae dum in congregatione versatur, multorum gaudium est, et plurimi ex ea edificantur, vel illuminantur. *Hom. 7 ad Monachos.*

90. Solemus annos nostros et temporum spatia, quibus in religione vivimus supputare. Non te fallat, quicumque es, ille numerus dierum, quos hic relicto corporaliter saeculo consumpsisti; illum tantum diem viris te computa, quem non multitia, non invidia, non superbia commaculavit. *Prose.*

91. Illum dico diem, quem non mendacii, non perjurii culpa respersit, qui peccato non cessit, qui diabolo repugnavit.

92. Illum diem te vixisse computa, qui puritatis et sanctae meditationis habuit lucem, quem non conversatio tenebrosa mutavit in noctem. *Ibid.*, homil. 9.

93. Religiosus qui ad commessiones inhoecetas bibitionesque furivas, non solum damnabili transgressione, sed etiam abominabili vilitate se subducit, multo esset melius, si somnolentia dominante dormiret. *Ibid.*

94. Elaborate potius inter vos contentione laudabili, ac emulatione meliori, ut certetis quis vestrum in opere Dei sit promptior; quis in oratione ferventior; quis in lectione sollicitior; quis in castitate purior; quis in sobrietate parcior; quis in lacrymarum largitate profusior; quis in corpore honestior; quis in corde sincerior; quis in ira mitior; quis in mansuetudine moderatior; quis in risu rarior; quis in compunctione ardentior; quis in gravitate fundatior; quis in charitate jucundior. *Ibid.*

S. FRANCIS  
ASSISIENSIS.

95. Minores ideo vocati sunt fratres mei, ut majores fieri non presumant. In suis *Opusculis*, colloquio 7.

GILLESBERTUS  
ANGLICUS.

96. Mortuus est ille religiosus, qui vel tardius, vel desperationis mole obruitur: in quo nihil est vividae devotionis, fervidi spiritus. *Serm. 16 super Cantica*, apud divum Bernardum.

97. Qui plus otio intendunt, quam operi, fratrum officinas circumvent, et cellas otiose, curiose, verbose. *Ibid.*, serm. 45.

98. Nullus carnalis religiosum retrahat affectus: omnis persona, omnis dignitas, omnis consanguinitas, Christi servitio postponenda est. *Super Num.*, cap. vi.

99. Qui a mundo separati in unitate Domino servant, ejusque solemnia sincero corde celebrant, gentes sunt caeli. *Super I Esdrae*, cap. 6.

100. Diabolus religiosum sub habitu religioso, mores et gestus saeculares gerentem conspicit, in suam redigit servitatem. *Super Genes.*, cap. 12.

101. Vos qui viam vite praesentis extra hominum frequentiam inceditis, tanto majora certamina pati necesse est, quanto ad vos ipse magister tentationum accedit. *Lib. 7 in Registro*, indict. 2, cap. 53, epist. 53.

102. Multi qui possunt religiosam vitam, etiam cum saeculari habitu ducere, et perique sunt, nisi omnia reliquerint, salvari apud Deum nullatenus possunt. *Ibid.*, lib. 2, indict. 41, cap. 100, epist. 61, *ad Mauri*, august.

103. Religiosam vitam eligentes, non cujusdam necessitatis occasio desides faciat, aut robur conversationis confringat. *Ibid.*, cap. 56, epist. 47, *ad Gratianum subdiacon.*

104. Laudabile studium et conveniens est religioso, terrenis gratam Deo pacem praeferre, et ex compendiis, et ex rebus transitoriiis mensura semper charitatis lucra mercari. *Ibid.*, lib. 7, ind. 2, cap. 27, epist. 27, *ad Antonium subdiacon.*

105. Nihil prodest religiosus vile palliolum, forva tunica, corporis illuvies, et simulata paupertas, si nominis dignitatem operibus destruant. *Epist. 9, ad Sabinam.*

106. Quid tacit sub tunica penitentis regius animus? in sacco et cinere volutari, non sunt diadematis signa, sed fetus. *Epist. 35, ad Marcum.*

107. Res mirabilis, qui in saeculo nobilis fuit, apud Deum cupit esse nobilior: tam pretiosa requirit in moribus, quam contempsit in rebus. *Epist. 1, ad Demetriad.*

108. Sunt nonnulli viles et abjecti, qui in saeculo quotidianis laboribus, se ultra vires affligentes pro victu captando vilissimo, et vix raris fabis et rapis, cum rudi et hordeaceo pane saturantur: cum vero Christi militiam suscipiunt, suae egestatis oblitii laetiora quaerunt, sicut qui sunt assueti magnificis. In *Regula monachar.*, cap. 5, de *Simonia.*

109. Religiosus nullum affectum sciat, nisi ejus cuius cultu dedicatus est. *Lib. 1 super Math.*, cap. 5, can. 10, num. 37, super illud: *Si oculus tuus.*

GLOSS. ODD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ODD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

LUDOV. CARO.

S. HIERON.

HUGO A S.  
VICTORE.

410. Valde detestabile est, ut ibi fiat pauper delicatus, ubi fieri appetit dives laboriosus. *Super Regulam divi Augustini*, cap. 4.

411. Multi quanto nobiliores et delicatiores fuerint in saeculo, tanto postmodum abjectius et districtius vivunt in monasterio. *Prose.*

412. Plerique autem quanto abjectiores et pauperiores fuerint in saeculo, tanto plus deinde in monasterio extolentiam et delicationes quaerunt. *Ibid.*

413. Divitiae religiosi atque pulchritudo, boni mores sunt. *Ibid.*, cap. 6.

414. Valde incongruum est, ut ipsi reprehensibiliter vivant, quorum ordo exigit, ut ceteris formam sanctitatis ostendant. *Ibid.*

415. Quidquid agit religiosus aut loquitur, ad Dei charitatem debet respicere, aut proximi: ut in omni sua conversatione intentionis suae summa versetur semper in charitate. *Ibid.*, cap. 8.

416. Claustrales milites, Christi sunt, non cives mundi. *Super Josue*, cap. xvii.

417. Debent religiosi esse oliva, per suavitatem conscientiae; ficus, per dulcedinem orationis; vitis, per hilaritatem spiritualis laetitiae. *Super lib. Jud.*, cap. ix.

418. Religiosi suis voluptatibus vacantes, habitu quidem religiosi sunt, sed corde luxuriosi. *Super Job*, cap. xxiv.

419. Religiosus cor est Ecclesiae, quia celatur ut cor, et absconditur. *Super Psalm. lvi.*

420. Religiosus verus transit de vitiis ad virtutes, de mundo ad claustrum, de claustro ad caelum. *Super Isai.*, cap. xvi.

421. Religiosus servus factus est sine dubio, dum reddit ad vomitum, et alia quae abdicaverat, et reliquerat, magis sollicite quam ante, et quam saecularis aliquis congregando. *Ibid.*, cap. xxxii.

422. Ulinam hodie nostri religiosi plicati essent, ita quod nullus posset in eis legere: sed hodie pessime scribuntur laici scriptura operum, quia pessime legunt in vita religiosorum. *Ibid.*, cap. 34, in illud: *Complicabuntur sicut liber colli.*

423. Nihil est per quod magis infestat religiosus diabolus, quam per proprium sensum. *Ibid.*, cap. 36.

424. Multi religiosi erant, quando erant simplices: sed accepto principatu statim contaminantur: prius sancti erant, postea perversi. *Ibid.*, cap. 43.

425. Sicut pisces nutriuntur in aquis, sic religiosi debent nutri in aquis tribulationum. *Ibid.*, cap. 50.

426. Religiosorum conversatio debet esse decor mundi. *Super Hieron.*, cap. 9.

427. Sicut ficus bonae, valde bonae sunt, et

ficus mala, valde mala sunt; sic religiosi cum mali sunt, pessimi sunt: cum boni sunt, optimi sunt. *Ibid.*, cap. 24.

428. Viri religiosi habent in praesenti quatuor dotes corporum glorificationum: subtilitatem habent per votum paupertatis, quae abscondunt a se omnem proprietatem, ut possint intrare per angustam portam vitae aeternae; claritatem habent per votum castitatis, habentes vestimenta alba sicut nix; agilitatem habent per votum obedientiae, sequentes Agnum quocumque ierit; impassibilitatem habent per amorem justitiae, quae facit omnes justos impassibiles. *Super I Cor.*, cap. 45.

429. Non solum seipsos non esse suos, sed etiam omnia quae sunt, credunt Domino consecrata. *Lib. 4 Canob. inst.*, cap. 20.

430. Considera te de paucis et electis effectum, et ne exemplo ac tepore multitudinis refrigeras: sed vive ut pauci, ut cum paucis invenire merearis in regno Dei. *Ibid.*, cap. 38.

431. Tria haec in congregatione necessario tibi sunt custodienda: ut scilicet velut surdus ac mutus et caecus incedas. *Lib. 4 de Canob. inst.*, cap. 41.

432. Hic religioso principalis debet esse conatus, haec immobilis destinatio cordis jugiter affectanda, ut divinis rebus ac Deo mens semper inhaereat: quidquid ab haec diversum est, quamvis magnum aut etiam infimum, ceu certe noxium judicandum est. *Collat. 1, Abbat. Moysis*, cap. 8.

433. Quanto in mundo despectiores et pauperiores fuerunt religiosi, tanto gloriosiores et nobiliores in caelo fulgent. *Epist. pro Confortat. tentati*, part 3.

434. Pudet me quorundam audire vesaniam, qui se dicunt religiosos, factis autem negant. *Lib. 3 de Viris illust. Ord. S. Benedicti.*

435. Numero et nomine plures sunt religiosi, sed merito pauci. *Super Prolog. Regulae*, cap. 2, text. 1.

436. Malis religiosis saeculum floret, claustrum sordet, chorus ardet, rectorium insipidum est, oratio friget, lectio torpet, meditatio horret, obedientia dura et aspera est, cella carcer, oppidum paradisi, silentium languor, vigiliae torpor, inclusio claustris, sicut vivo sepultura. *Ibid.*

437. Necessarium est, ut qui vitam ducere contendit religiosam, in juventute fugiat voluptuosam. *Ibid.*, cap. 2, text. 9.

438. Religiosus dici, non esse desideras. *Orat. fi in Comenta abbat. habita.*

439. Qui religiosam vitam profiteri studet, ac salutis cupiditate flagrat, omnia quae in ea dura et laboriosa sunt, quaecumque sint, prompto

JOAN. CASS.

JOAN. GERS.

JOAN.  
TERTIUS.

S. ISID.  
PELUS.

animo amplectitur. Lib. 1, epist. 110, ad *Cratonem monachum*.

140. Religiose vitæ certum arguiffimam non est, palli ac prorsus barbæ ostentatio. *Ibid.*, epist. 220, ad *Petatum monachum*.

LACT. FLEM.

141. Apparet nullam aliam spem vitæ homini religioso esse propositam, nisi ut abjectis vanitatibus, et errore miserabili, Deum agnoscat, et Deo serviat: nisi hinc temporali vitæ renuntiet, ac se rudimentis iustitiæ ad cultum veræ religionis instituat. *Prosec.*

142. Hinc enim conditione gignitur, ut generati nos Deo iusta et debita obsequia præbeamus: hunc solum noverimus, hunc sequamur. Lib. 4 de *Divin. inst.*, cap. 28.

S. LEO I.

143. Parum religiosus demonstratur, qui religiosior non invenitur. Serm. 1 *Quadragesima*.

LUDOVICUS BLOSUS.

144. Religiosus qui sibi mundoque perfecte mori, et Deum vero sincereque amore prosequi non studet, sue professioni non satisfacit. Epist. ad *Clementem Levitum*.

145. Heu quam multi hodie se misere fallunt, qui religioso habitu suscepto vota religionis vovent, cum tamen parum aut nihil de perfectione vitæ cogitant. *Prosec.*

146. Creaturis tenaciter adherent, et in eis delectationem inordinate querunt: externas consolationes avidissime appetunt, seseque totos absque timore fors effundunt.

147. Mente vagi, moribus incompressis, sensibus incustoditis, verbis garrulis, ac vani sunt: atque in sua negligentia, suisque vitis ad mortem usque perseverant. O quam acerbe poenæ manent tales post hanc vitam!

148. Tu vero, mi Clemens, vide ut non habitu tantum, sed maxime sancta celestique conversatione sis religiosus. *Ibid.*

PETRUS BLESENS.

149. Tu qui religionis habitum profertis, religiosum te habes, loquaris parcius, et modestius nroveris. Epist. 119, ad *Quendam canonicum*.

150. Probatus in religione tecum habes in consilio, in obsequio, in contubernio tuæ custodes honestatis et testes. *Ibid.*, epist. 122, ad *Quendam abbatem*.

151. Hic est progressus religiosus, ut scilicet primo vir justus, auditor: post doctor, tamen, si Dominus vocaverit, pastor. *Ibid.*, serm. 9, de *Parificat.*

152. Vir claustralis, vir compeditus. *Ibid.*, serm. 50.

153. Erubescat religiosus deterior esse in claustrum quam fuerit in saeculo. *Prosec.*

154. Erubescat resmittere quod evomuit, et mundum repetere, quem reliquit.

155. Erubesceat esse vitæ nequioris in claustrum,

quam dum inter sanctis hujus sæculi versaretur. *Ibid.*, super *Job*, cap. 2.

156. Religiosum te putas, quia religionis habitum geris: sed sanctitas et lingua viperæ sibi nihil esse non possunt. *Ibid.*, in *Insectiva contra depravator.*

157. Apud sæculares religiosus quisque veluti pictura est: pictura siquidem si procul assistat, inhiatiter et cum aviditate prospicitur: si juxta sit, contemptibilis judicatur. *Opusc.* 12, cap. 26.

158. Religiosus non tam quod licet, quam quod necessitas postulat, in propriis usus assumat. *Opusc.* 13, cap. 7.

159. Qui conversi ex pristinis moribus nihil abjiciunt; non sunt mente mutati, sed veste: nec actu, sed habitu. *Prosec.*

160. Hi sunt, qui sermone tantum, non opere, sæculo renuntiasse contenti, sæculariter vivunt, et vitia sua inani professione vitæ melioris abscondunt; ac religionis imaginaria nomine palliati opinionem virtutis pro virtute suscipiunt. Lib. 2 de *Vitâ contemplat.*, cap. 4.

161. Humiles sunt religiosi, hoc volunt: patiens sunt, pauperie delectantur: sine ambitione; ambitum respiciunt: in honori sunt, honorem calcant: iugiter, hujusmodi gestum: infirmi sunt, infirmitate gaudent. Lib. 4 de *Gubern. Dei*.

162. Religiosi cunctis beatiiores sunt, quia et habent quæ volunt; et meliora quam quæ habent, omnino habere non possunt. *Ibid.*

163. Multi religiosi, imo sub specie religionis vitis sæcularibus mancipati, scilicet post veterum flagitiorum probra et criminata titulo sanctitatis sibi in scripto, non conversatione alii, sed professione nomen tantum demutaverunt, non vitam: et nihilominus divini cultus habitum magis quam actum existimantes, vestem tantummodo exuere, non mentem. *Ibid.*, lib. 5.

164. Religiosi nominis, membra sunt religionis, vim non habentia. *Ibid.*, lib. 1 ad *Ecclês. cathol.*

165. Intelligent omnes religiosi non satis se Deo reddere, etiam universas deederunt facultates: quia licet sua cuncta dispenserent, seipsum tamen debent. *Ibid.*, lib. 2.

166. Tametsi religiosus ea duntaxat consilia, quæ sibi definite secundum suam professionem regulam taxata sunt, implere teneatur, tamen etiam ad alia implenda intendere debet. 2, 2, quest. 186, art. 2.

167. Religiosi videntur præcipue teneri apostolorum vitam imitari, quia statum perfectionis profertur. *Ibid.*, quest. 187, art. 3, argum. 5.

168. Status curam animarum habentium non est perfectior, quam status religiosorum, sed periculosior. De *Perfect. vitæ spirit.*, cap. 20.

THOMAS A KEMPIS.

169. Vehementer religiosi diabolum affigunt, cum jejulant; verberant, cum disciplinam recipiunt; calcant, cum veniam petunt; premunt, cum se humiliant; terrent, cum Jesum invocant; torquent; cum Mariam nominant; fugant, cum cruce se crucifixum adorant; vincunt, cum obediunt; ardeant, cum in solitudine manent; ligant, cum silentium servant. Serm. 1 ad *Novit.*, divis. 1.

S. PETRUS DAMIANUS.

170. Scitote quod religiosus carnalis sub vili panno latens, diu se fingere non potest: sed aut in se per teporem deficit, et a fervore arcescit, aut cito recedit, aut recedere cogitat, aut cum murmure manens; fœdorem de se perversæ actionis ostendit. *Ibid.*, divis. 4.

171. Sic est religiosus in claustrum, sicut nobilis miles ab hostibus in castrum undique obsessus: non potest fugere, non potest otio torpescere, sed vigilare oportet, et in armis semper stare contra inimicorum insidias et sagittas. *Ibid.*, serm. 10, divis. 5.

172. Beatus religiosus desolatus, cui mundus exilium, cœlum patria, cella paradisi est. *Prosec.*

173. Beatus religiosus Deo devotus; sæculo ignotus; cui oppidum carcer, claustrum refrigerium, labor requies, solitudo solatium, luctus gaudium, silentium pacis hospitium.

S. PROSPER.

174. Beatus religiosus, cui sacra lectio cibus, oratio potus, psalmus jubilus, meditatio Christus, speculatio Deus. *Ibid.*, serm. 13, divis. 7.

175. Religiosus in abscondito manens, est quasi lucerna in nocte secure ardens: flabunt venti, et non nocentur ei Deo vacanti et oranti. *Ibid.*, serm. 13, divis. 8.

SALVIANUS.

176. Sæpe religiosus iracundia motus, ostendit impatientie suæ aculeos, cum fuerit pro culpa sua correptus, aut silentium servare coactus. *Ibid.*, serm. 14, divis. 6.

177. Non es ideo sanctus, et magnus dominus, o religiose, dicendus, quia cappam geris extrinsecus; quod asinus facere posset, si esset taliter vestitus. *Ibid.*, serm. 14, divis. 8.

178. Non loci amonitas, nec magnitudo, non vestis pulchra, nec gradus excellentia, perfectum facit religiosum: sed perfecta sæculi abrenuntiatio, et vitiorum quotidiana mortificatio. *Ibid.*, serm. 14, divis. 9.

179. Ille verè religiosus est, qui sæculo sponta renuntiat, et corde ad sæculum non regyrat. *Ibid.*, serm. 14, divis. 10.

180. Locum, in quo religiosus stat, sanctus est: et ideo religiosorum est, vacare, silere, orare, et præter Deum nihil velle scire. Serm. 8 ad *Fratres*, divis. 5.

181. Habitus et cœnura modicam conferunt, sed mutatio morum, et integra mortificatio pas-

sionum, verum faciunt religiosum. Lib. 1, de *Inul. Chr.*, cap. 17, sect. 2.

182. Vita boni religiosi omnibus virtutibus pollere debet, ut sit talis interior, qualis videtur hominibus exterius: et multo plus debet esse intus, quam quod cernitur foris. *Ibid.*, cap. 16.

183. O sacer status religiosi famulatus, qui hominem angelis reddidit æqualem, Deo placabilem, demonibus terribilem; et cunctis fidelibus commendabilem. *Ibid.*, lib. 3, cap. 10.

184. Status religiosorum magnus et sanctus est, si bene servetur: si quisque sic vivat, ut regula docet, et habitus demonstrat. In *Dialogo novit.*, cap. 3.

185. Quia religiosus es, ideo tibi sanctitatis studium obligaris. In *Exercit. spirit.*, cap. 5.

SENTENTIE PATRUM.

186. Cura ut vir sis, et cogita quem in locum sis progressus; et vide quid jam tibi sit necesse fieri. Orat. 3 pro *Cuthiva*.

CICERO.

187. Civitates custodes sunt religiosi. Sisygia 4, lib. 2, de *Republ.*

FLATO.

188. Id agamus, ut meliorem vitam sequamur, quam vulgus: suspiciant omnes vitam nostram, sed et agnoscat. Epist. 5.

SENECA.

189. I qua coepisti, et in isto te vitæ habitu compone placide, non molliter. Epist. 82.

190. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. Epist. 107.

191. Mors religiosi facit vitam beatam. Serm. 317. Vide etiam tit. *Disciplina*, sent. 21, 54; *Ecclêsia*, sent. 73; *Firmitas*, sent. 17; *Gravitas*, sent. 13; *Habere*, sent. 63; *Humilitas*, sent. 115; *Hypocritæ*, sent. 15, 19, 107; *Inimiticitia*, sent. 21; *Locus*, sent. 3; *Locus Dei*, sent. 109; *Martyrium*, sent. 110, 162, 228; *Monachus*, per totum; *Marmor*, sent. 26; *Mortalitas*, sent. 39; *Pallidum*, sent. 5; *Perfectio*, sent. 67, 68, 69; *Privilegium*, sent. 21; *Proprietatis*, sent. 3; *Reddere rationem*, sent. 22; *Renuntiatio sui*, sent. 8; *Requies*, sent. 32; *Retrogradi*, sent. 23; *Schisma*, sent. 9; *Sæculum*, sent. 27, 46, 51; *Singularitas*, sent. 1; *Superbia*, sent. 129; *Superfluitas*, sent. 31; *Vaniloquium*, sent. 18; *Voluntas propria*, sent. 101.

SIXTUS PHILOSOPH.

SENTENTIE PATRUM.

1. Relinquamus umbram, qui solum quimus: deseramus finium, qui lumen sequimur. De *Fuga sæculi*, cap. 5.

S. AMBROS.

2. Si vis nil regi debere terreno, relinque omnia, et sequere Christum. Lib. 9, super *Luce*, cap. 11, in illud: *Cujus habet imaginem?*

3. Quid est a mundo exire, et ad Christum ire, nisi vitia relinquare, et animam vinculo amoris

S. ANTONIUS DE PADUA.

Deo religare? *Serm. Dom. 5, post Pascha, super illud: Quia a Deo existit.*

s. auctores.

4. Multi sancti omni modo carentes ipsis, velut matres deliciarum, divitias disperendo pauperibus, abjecerunt, et tali modo in celestibus thesauris tutius condiderunt. *Epist. 121, ad Probam, cap. 3.*

5. Omnia contemnit, qui non solum quantum habuit, sed etiam quantum potuit habere, contemnit. *Prosec.*

6. Utilius autem terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbe relinquitur. *Epist. 34, ad Paulinum.*

7. Fortitudinis est ab omni mortifera suavitate rerum transeuntium sese extrahere: et inde se avertens, convertere ad dilectionem eternam. *Lib. 2 de Doctrina christiana, cap. 7.*

8. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, melius est, pro intentione sequendi Dominum insimul donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere. *De Ecclesiasticis dogmat., cap. 71.*

9. Non relinquitur sine dolore, quod cum delectatione retinetur. *De Serm. Dom. in monte, lib. 1.*

10. Non superbiat, qui multa dimisit: Petrus ut sequeretur Dominum, novimus quod piscator erat, quid potuit dimittere? non solum dimisit quidquid habebat, sed etiam quidquid habere cupiebat. *Super Psalm. ciii, conc. 3, vers. 18.*

11. Patrimonii tui, quo es ligatus, compedem in hac vita resolve, ut libere ad cælum possis accedere: abjice abs te divitiarum onera, abjice vincula voluntaria, abjice anxietates et tædia, quæ te pluribus in annis inquietant. *De Verb. Dom., serm. 25.*

12. Si migrandum est de hoc mundo, non amandus est mundus: non vis relinquere mundum; relinquit te mundus, et sequeris mundum. *Serm. 1 Domin. 23, post Trinitatem.*

13. Tollite divitias, ut facilius tollatis superbiam: tollite divitias, et infernus non erit. *Serm. ad Fratres in eremo.*

14. Major virtus est vitia dimittere, quam res: nihil enim prodest terrenas substantias dimittere, si vitia non dimittimus. *Prosec.*

15. Multi divitias derelinquunt, vitia autem non derelinquunt. *Ibid., serm. 45.*

16. Iste sunt vice peccatoribus dura super omnia dura, amara super omnia amara, odiosa ut mors, relinquere quæ mundi sunt. *Prosec.*

17. O quam durum! o quam mortale! o quam amarum videtur, relinquere quæ mundi sunt: verumtamen quanto duriora, tanto utiliora erunt. *Ibid., serm. 55.*

18. Totum mundum dimittit, qui et illud quod habet, et quod optat habere dimittit. *Epist. 89, quest. 4.*

19. Mundus ut obtineatur, relinquitur. *Epist. 32, quest. 4.*

20. Quid in hoc mundo agimus, fratres, aut etiam relinquitur et affectus carnalis. *Super Luc., cap. xvii, in illud: Propter regnum Dei.*

21. Ponamus aureos esse, sed multo melius est sine his liberari, quam eorum occasione teneri: non aestimemus pretium, sed impedimentum consideremus. *Serm. De eo quod scriptum est: Beatus homo, etc.*

22. Philosophi omnia sua reliquisse leguntur, ut expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare liberius: et nolebant censu abundante terreno, ut abundarent magis in sensu suo. *Serm. 1 Omnia sanctorum.*

23. Laudatur Job, quod sua patienter amisit, et non laudabitur ille, qui et liberiter dimisit, et liberaliter distribuit. *Epist. 23, ad Antonem Trecentensem episc.*

24. Si sapias, si habes cor, si tecum est lumen oculorum tuorum, desine jam ea sequi, quæ et assequi miserum est. *Epist. 103, ad Quendam abbatem.*

25. Etsi impium est contemere matrem, tamen propter Christum piissimum est. *Epist. 104, ad Galterum.*

26. *Ecce nos reliquimus omnia, etc.* Hæc sunt verba quæ contemptum mundi in universo mundo, et voluntariam persuasere hominibus paupertatem. *Prosec.*

27. Hæc sunt, quæ monachis claustra replent, deserta anachoretis. Hæc sunt verba, quæ Egyptum spoliant, et omnia quæque ejus optima vasa diripiunt.

28. Hic, inquam, sermo vivus et efficax est, convertens animas felici emulatione sanctitatis, et veritatis promissione fidelis. *In Declamant.*

29. Precipua causa fugiendarum divitiarum hæc est, quod aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri. *Ibid.*

30. Age, qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda numerare memento. *Ibid.*

31. Terrenas deserere sortes, et necdum obtinere coelestem, afflictio intolerabilis est, et inconsolabilis dolor. *Ibid.*

32. Relinquere temporalia magis expedit, quam relinqui. *Ibid.*

33. Utinam quod mundum reliquimus, voluntatis sit, non necessitatis. *De Ordine vitæ.*

34. Citius et levius relinquitur facultas, quam cupiditas amittatur. *Serm. de Verbis Sapient.*

35. Multum relinquis, si voluntatem habendi dimittis: multum dimittis, si desiderium habendi postponis. *Serm. 8 ad Sororem.*

36. Non sufficit quod relinquitur possessio, nisi etiam relinquitur et affectus carnalis. *Super Luc., cap. xvii, in illud: Propter regnum Dei.*

37. Licet non teneantur omnes relinquere omnia quantum ad effectum, nisi qui voto paupertatis sunt adstricti: tamen tenentur omnes relinquere omnia, quantum ad affectum. *Serm. 4, Dom. 4, post Pent. super illud: Relictis omnibus, secuti sunt eum.*

38. Anaxagoras philosophus cum ad studium vadens, sua omnia reliquisset, cumque post nulla tempora patriam repetisset, et omnes possessiones suas desertas et incultas cerneret, sit ad circumstantes: Non salvus esse potuissem, nisi iste perissem. *Serm. 2 de SS. Philippo et Jacobo.*

39. Quis hodie est, qui, non dico seipsum, sed sua pro Christo relinquit? magis homines obediunt auro, quam Christo. *Serm. 1 de SS. Apostolis.*

40. Nihil proficit homo relinquendo quod extra se habet, qui vitia intra se retinet. *Homil. 29.*

41. Voluptates et delicias, tanquam caducum et brevem florem, relinque vento et igni. *In Ora adhortat.*

42. Parva sunt quæ relinquis, maxima vero quæ dantur a Domino: relinque presentia, et crede futura. *Cateches. 1.*

43. Omnibus modis est utilis a mundo secessus, *De perfec. vite spirit., cap. 18.*

44. Donum paternam et vestes sæculares relinquere, et nomen sumere monachi, parva prodest, si mens misera ea quæ in mundo habentur desideret: et quæ reliquerat, affectibus repetat. *De Morificat. vivificat., art. 12.*

45. Relictio mundi est, etiam semetipsum et propriam voluntatem propter Deum omnino relinquere, et nihil sui relinquere sibi. *De Profectu spirit., art. 14.*

46. Turpe est eos, qui maxima sibi subjecerunt, a vilioribus vinci. *Super illud: Attende tibi, cap. 2.*

47. Non satis prodest, quod a nobis qualescunque facultates exclusimus, quando in nobis reserunt cupiditates. *Prosec.*

48. Interdum de rebus parvissimis excitamur et pro vilium rerum appetitu, vilissimas contentiones movemus.

49. Quare hoc? quia licet reliquerimus in rebus exteriora bona, adhuc tamen in cordibus mala interiora retinemus.

50. Et inter hæc quomodo exultat adversarius

noster, quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, ut in minimis vinceremur?

51. Ideo ea quæ foris erant abjicere nihil prodest, nisi etiam ea quæ ipsis animas visceribus adhæserunt, radicibus evellantur.

52. Nihil proficit homo relinquendo quod extra se habet, qui vitia intra se tenet. *Homil. 5 ad Monachos.*

53. Ille omnia relinquit, qui propria renuntiat voluntati. In suis *Opusc., serm. 5.*

54. Quisquis stimulo divini amoris excitatus, hic possessa relinquere, in iudicio proculdubio culmen judicariæ potestatis obtinebit. *Lib. 10 Moral., cap. 17, num. 30.*

55. Rectum est, ut cum Deo de populis in iudicio judicentur, qui ad verba Dei presens sæculum perfecte derelinquunt. *Ibid., lib. 11, cap. 13.*

56. Quid in hoc mundo stultius quam sua deserere? et quid in æternitate nobilius, quam cum Deo iudices venire? *Ibid., lib. 20, cap. 16, super illud Job xxx: Filii stultorum, etc.*

57. Quisquis ideo terrena deserit, ut hæc possidere in hoc mundo multiplicis possit, nullatenus deserit: quia qui terro studio terram relinquit, non relinquit, sed appetit. *Homil. 18 super Ezech.*

58. Multum relinquit, qui sibi nihil retinet, multum relinquit, qui quantumlibet parum, totum deseruit. *Prosec.*

59. Multa, fratres, relinquitis, si desideris terrenis renuntiat: exteriora etenim nostra Domino quamlibet parva sufficiunt: cor, et non substantiam pensat. *Homil. 5 super Evang.*

60. Vita coelestis cupidus cuncta terrena facile derelinquit. *Homil. 11 super Evang.*

61. Laboriosum fortasse non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum: minus est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est. *Ibid., Homil. 32.*

62. Egeni rebus et pauperes sunt, qui propter Evangelium, ea quæ in sæculo habere poterant cuncta reliquerunt. *Lib. 2 in 1 Reg., cap. 1, super illud: Suscitans de pulvere egenum.*

63. Non sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus et nos: tunc nosmetipsos relinquimus, tunc nosipos abnegamus, cum vitium quod per vestitatem finimus, et ad hoc nitimur, quo per novitatem vocamur. *Homil. 32 super Evang.*

64. Eripe animam tuam et mundo, unge Sodomam, fuge incendium: perge, nec retrospicias, ne forte in salis statuum obtuderis, in montibus salveris. *Orat. 3 de Sancta Ivasca.*

65. Multum reliquerunt, qui voluntatem habendi abnegaverunt: tantum enim a sequentibus re-

S. FRANCIS.  
ASSISIENSIS.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. GREGOR.  
NAZ.

HAYMO.

linquitur, quantum a non sequentibus concupisci potest. *Serm. de S. Andrea.*

S. HIERON.

66. Quid facis in paterna domo, delicatè miles? ubi vallum? ubi fossa? ubi hyems atque sub pellibus? Ecce de celo tuba canit. *Prose.*

67. Tu de cubiculo ad aeternam, tu de umbra egredieris ad solam: corpus assuetum tunicis, lorice omnis non fert: caput operitum linteo, galeam recusat: mollem otio manum, durus exasperat capulus.

68. Licet parvulus ex collo pendeat nepos, licet sparso erine, et scissis vestibus, ubera quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater jaceat, per calcatum perge patrom, et siccis oculis ad vexillum crucis erola: solum pietatis genus est, in hac re esse crudellem. *Epist. 1 ad Heliodor.*

69. Facile saeculi rumpit vincula amor Dei, et gehennae timor. *Ibid.*

70. Apostolicus fastigiis est, perfectaque virtutis, vendere omnia, et pauperibus distribuere: et sic levem atque expeditum cum Christo ad caelestia subulare. *Prose.*

71. Nobis, immo tibi diligens credita est dispensatio, quantum in hoc omni aetate, omnique persona libertas arbitrari relicta sit: *Si vis*, inquit, *esse perfectus*. Non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo praemia: tum est eligere, si volueris in agone atque certamine coronari.

72. Et consideremus, quam sapienter sapientia sit locuta: *Vende quae habes*. Cui ista praecipitur? nempe illi cui dictum est, *Si vis esse perfectus*. Non partem honorum tantum vende, sed omnia. Cumque venderis, quid sequitur? *Et da pauperibus*. Non divitiis, non propinquis, non ad luxuriam, sed ad necessitatem, sive ille sacerdos sit, sive cognatus et affinis, nihil in illo aliud consideres, quam paupertatem. Laudent te esurientium viscera, non ructantium opulenta convivia. *Ep. 8, ad Demetriad.*

73. Melius est sponte dimittere quod aliquando periturum est, quam id amittere pro quo omnia dimittenda sunt. *Ep. 11, ad Gerontium.*

74. Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: nec putavit se simul posse et virtutes et divitias possidere. *Epist., 13, ad Paulinam.*

75. Plus accepimus, quam dedimus: parva di misimus, et grandia possidemus. *Epist., 26, ad Pammach.*

76. Non est satis perfectio et consummatio viro, opes contemnere, pecuniam dissipare et projicere, quod in momento et perdit et inveniri potest. *Prose.*

77. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Anthisthe-

nes, fecerunt plurimi, quos viliosissimos fuisse legimus: plus debet discipulus Christi praestare, quam mundi philosophus. *Ibid.*

78. Christus sanctificatio est, sine qua nemo videt faciem Dei: Christus redemptio, idem Redemptor et pretium: Christus omnia, ut qui omnia propter Christum dimiserit, unum inveniat pro omnibus. *Ibid.*

79. Aurum deponere, incipientium est, non perfectorum: fecit hoc Crates Thebanus, fecit et Anthisthenes. *Ep. 28, ad Lucin.*

80. Plus est animum deposuisse, quam cultum: difficilius caremus arrogantia, quam auro et gemmis: his enim abjectis, interdum gloriosius tumemus sordibus, et vendibilem paupertatem populari auro offerimus. *Epist. 30, ad Oceanum.*

81. Multi philosophi, e quibus unus, ut ceteros sileam, multarum possessionum pretium projecit in pelagus: Abite, dicens, in profundum, male cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. *Epist. 34, ad Julian.*

82. Projice sarcinam saeculi, ne quaeras divitias: nudus et levis ad colum evola, ne alas virtutum auri deprimant pondera. *Epist. 35, ad Exuperantium.*

83. Certe Christus pro animi voluntate omnia in acceptum referi: nemo apostolis pauperior fuit, et nemo tantum pro Domino dereliquit. *Ibid.*

84. Festina quæso te, et haerentis in salo naviculae funem magis praecide, quam solve. *Epist. 1, ad Paulin.*

85. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, projice: tollenti tunicam, et pallium relinquendum est. *Ibid.*

86. Apostoli navem tantum et retia reliquerunt: vidua duo ara misit in gazophylacium, et profertur Cræsi divitiis. *Ibid.*

87. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, etc. O quanta beatitudo, pro parvis magna recipere, aeterna pro brevibus, pro morituris semper viventia, et habere Deum debitorem! *Epist. 23, ad Hedibiam, quest. 1.*

88. Facilius saeculus contemnitur, quam voluptas: multi divitias relinquentes, Dominum non sequuntur. *Lib. 3 super Math., cap. xix, can. 2, num. 194, super illud: Si vis perfectus esse.*

89. Grandis fiducia! Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu et arte quaerebat: et tamen loquitur confidenter: Relinquimus omnia: et quia non sufficit tantum relinquere, juncti quod perfectus est: Et secuti sumus te, quod proprio apostolorum est atque creditum. *Ibid., cap. xix, can. 10, num. 199, super illud: Ecce nos reliquimus omnia.*

90. Duo sunt, quæ relinqui oportet propter

VICTOR.

Deum, facultatem scilicet possidendi, et voluntatem habendi. *Prose.*

91. Non sufficit exteriorem relinquere substantiam, nisi interior abscondatur concupiscentia. *Super Regulam D. August., cap. 1 in illud Luc. ix: Qui renuntiat omnibus.*

92. Vere per excelsam viam graditur, qui calcatis terrenis, mente et desiderio ad caelestia sublevarur. *Ibid., cap. 8.*

HUGO CARD.

93. Si relinquis amicos carnales, multiplicat Deus amicos spirituales. *Super Gen. cap. xii.*

94. Facile est ingredi Hiericho, difficile egredi: quid enim difficilem, quam de divitiis et deliciis et honoribus ad paupertatem, asperitatem, vilissimam transire? *Prose.*

95. Nihil difficilem est amatoribus hujus mundi, qui quasi pisces capti sunt in rete diaboli: rete quidem anterius latum et patens, sed post strictum et angustum. *Super Josue, cap. vi.*

96. Quanto quis magis vult mundum fugere et ad Deum accedere, tanto acrius et subtilius insurgit diabolus contra eum: quod divina dispensatione permittitur, ut dum alia vitia superat, et aliis reluctatur, non extollatur in superbiam de victoria victiorum. *Super Ecclesiastic., cap. ii.*

97. Qui omnia pro Domino reliquerunt, isti sunt beati: quia eis ad votum succedit quod amant, id est, paupertas: ipsam habent quantum volunt, et quamdiu volunt secure et pacifice possidentes. *Super Math., cap. v.*

98. Debeamus despiciere mundum, propter sui vanitatem: carnem, propter sui vilitatem: diabolum propter sui malignitatem. *Super Psalm. cxvii.*

JOAN. CASS.

99. Si paupertate praeventas, nihil quod dimittere habuisti, multo minus acquirere debes, quod antea non possedisti. *Lib. 7 Capob. inst., cap. 27.*

100. Nemo est, qui non habeat quod dimittat: universis renuntiauit facultatibus mundi, quisquis affectum possidendi eas radicitus amputavit. *Ibid.*

101. Nonnullos mundi hujus maximas facultates, et non solum multa auri atque argenti talenta, verum etiam praediorum magnificentiam contententes; post hanc vidimus pro scapello, pro graphio, pro acri, pro calamo commoveri. *Prose.*

102. Qui se contemtionem cordis mundi fixam tenerent, nunquam utique pro parvis rebus admittent, quod ne pro magnis ac pretiosis incurrerent opibus, easdem penitus abjicere maluerunt.

103. Cumque omnes divitias suas pro Christi amore disperserint, pristinum tamen cordis affectum in rebus minimis retinentes, et pro ipsis nunquam subito irascentes, veluti qui non habent apostolicam charitatem, ex omnibus infructuosi

sterilesque redduntur. *Collat. 1, Abbat. Moyses, cap. 6.*

104. Illud ridiculum est quod nonnullos res familiares, et opes plurimas ac militiam speculè relinquunt, tanto certius studio in his, quae quamvis parva viliaque sint, esse devotios, ut horum cura pristinarum omnium facultatum superet passionem. *Prose.*

105. Quibus profecto non magni proderit majores opes ac substantias contempsisse, quia affectus earum ob quos ille contemendens sunt, in res parvas, atque exiguas transtulerunt.

106. Nam vitium avaritiam et cupiditatis, quod erga species pretiosas exercere non possunt, circa viliores materias relinquentes, non abscedisse, sed commutasse se probant pristinae passionem.

107. Quid differit, utrum quos perturbationem cupiditatis erga opes amplex, atque magnificas, an erga viliores exercent species? nisi quod in eo reprehensibilior judicandus est, quod qui maxima spreverit, minimis obligetur.

108. Ideoque perfectionem cordis abrenuntiatio ista non obtinet, quia cum censum habeat pauperis, non abjicit divitiis voluntatem. *Collat. 4, Abbat. Danielis, cap. 21.*

109. Ut dignis caelestibus efficiaris bonis, deride presentia; si mundanas despicias, toto eris mundo pretiosior. *Homil. 4 super Math. Operis perfecti.*

110. Tria sunt generaliter omnia, quae relinquere debet omnis qui venit ad Christum; acius carnales, substantiam mundialem, parentes carnales. *Homil. 7 super Math. Oper. imperf.*

111. Philosophi, qui inter homines sublimiores fuerunt, contemptis divitiis ad paupertatem venerunt, quasi ad securum praesidium, et morbis non obnoxium. *Homil. 43 super Acta Apost.*

112. Omnia dare pauperibus, consilium secularibus est, preceptum religiosorum. *Super Prolog. Regulae S. Bened., cap. 1.*

113. Quanto inhabitatio mundi diuturnior, tanto et fuga difficilior. *Epist. 10, ad Nicol. presbit. Mornicens.*

114. Difficile transitoria relinquuntur bona, si non praebantur aeterna. *De castro convulsi, cap. 21.*

115. Ascensionis initium est ut relinquo tua, quo quietus tecum habites. *Serm. de S. Bartholom.*

116. Exeundum nobis est de Aegypto, relinquendus est mundus, si volumus Domino servire. *Homil. 3 in cap. vii Exodi.*

117. Relinquo saeculum, antequam a saeculo relinqueris: egredere de terra dissimilitudinis, de medio praevae ac perversae nationis. *Prose.*

S. JOANNES  
CHRISTOUSJOAN  
TERTIUSS. LAURENTIUS  
JUSTINUS

ORIGENES.

PETER. BRES

HUGO A

418. Egredere de tenebris ad lucem, de miseria ad iuocitatem, de labore ad requiem, de exilio in patriam, de morte ad vitam. Epist. 14, ad *Quendam clericum*.

419. Nobilis et magnanimi cordis est, tanti emolumenti dignitatem relinquere : ad cuius acquisitionem plurimum anxia sollicitabat ambitio. *Ibid.*, epist. 93, ad *Guillelmum abbatem*.

P. PETRUS  
PAMIANUS.

120. Felix tale commercium, ubi datur lufum, tollitur aurum, pro tenebris lucem, reo terrenis honoribus celestis glorie comparamus dignitatem. Lib. 7, epist. 7, ad *Agneta imperatricem*.

121. Non reliquit omnia, qui retinuit seipsum : imo vero nihil prodest, sine seipso cetera reliquisse. Serm. 9, de *S. Bened.*

122. Salubrius fuerat, habita quieto animo possidero, quam abjecta non sine quadam solliciti rancoris anxietate requirere.

S. PROSPER.

123. Ipsi quodammodo sua relinquunt, qui quando propriis contenti rebus, nihil eorum que labori vel ordini suo debent arbitrantur, accipiunt. Lib. 2 de *Vita contemplat.*, cap. 12.

SALVIANUS.

124. Egredientes e mundo isto, velimus, nolimus, hic cuncta relinquimus. Lib. 1 ad *Eccles. cathol.*

125. Multi sunt, qui licet religionem professi sint, tamen divitias non relinquunt. *Ibid.*, lib. 2.

126. Si quilibet res sua seculo deditis, atque ipsi seculo derelinquit, frustra sibi nomen religionis inscripsit : ei enim videtur semper vixisse, cui moritur. *Ibid.*

127. Si vis tibi esse consultum, si vis eternam habere vitam, relinque claudis, relinque cecis, relinque languentibus. *Ibid.*, lib. 4.

IN VITIIS  
PATR.

128. Aufugiens fuge homines; aut irridens iride mundum. Lib. 5, libell. 8, num. 24.

129. Præclara et dulcia Dei munera habemus proposita, fratres, pro seculari relicta modesta voluptate. Lib. 10, cap. 152.

SENTENTIE PAGANORUM.

CATO POET.

130. Que nocitura tenes, quamvis sint chara, relinque. Lib. 1 *Distichor.*, metr. 11.

CICERO.

131. Relinquenda sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, lusus, jocus, convivium, sermo etiam omnium familiarum deserendus. Orat. 34, pro *Cato*, num. 46.

SENECA.

132. Alteras inter cupiditatem nostram et potentiam vias sunt : peritura relinquimus, relicta repetimus. De *beata vita*, cap. 28.

133. Delectat ex alto relicta respicere. De *Consolat. ad Marciam*, cap. 25.

134. Qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagravit, et oculos et aures ab his que reliquit, avertat. Epist. 69.

REMEDIIUM.

135. Relinque divitias, aut periculum possessionum, aut onus : relinque corporis atque animi voluptates, molliunt enim et enervant. *Prosec.*

136. Relinque ambitum, tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum : tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne se post alium : laborat invidia, et quidem duplici. Epist. 84.

137. Spernenda opes, auctoramenta sunt servitutum : aurum et argentum et quidquid aliud felices domos onerat, relinquatur. Epist. 104.

138. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat, infra illum omne telum cadit. Epist. 82.

139. Magna pars sanitatis est, hortatores insanie reliquisse, et ex isto cætu invicem noxia persuadentes procul abegisse. Epist. 64.

140. Dum optima queque abieceris prædia, tunc purificatus pete quod vis a Deo. Sent. 73.

141. Relinquens que possides, sequere verbum Dei : liber enim eris ab omnibus, cum Deo servieris. *Ibid.*, sent. 255.

142. Ardum est consueta ac presentia relinquendum, ad superiori se potioraque convertere. De *Potestate et sapientia Dei*, cui titulus, *Pinanader*, cap. 4.

Vide etiam tit. *Curia*, sent. 1 ; *Differentia*, sent. 35 ; *Egredi*, sent. 30, 57, 58 ; *Evagatio*, sent. 16 ; *Fuga*, sent. 23, 24, 30 ; *Iustum in genere*, sent. 132 ; *Monachus*, sent. 82 ; *Monasterium*, sent. 31, 32 ; *Monitum*, sent. 67, 68 ; *Mundus*, sent. 99, 112, 129, 135 ; *Parentes*, sent. 87, 108 ; *Pauperes voluntaria*, sent. 85, 193 ; *Possessio*, sent. 12 ; *Religiosus*, sent. 102 ; *Sequi Christum*, sent. 128 ; *Solitudo*, sent. 50 ; *Via*, sent. 85 ; *Voluntas propria*, sent. 114.

REMEDIIUM.

SENTENTIE PATRUM.

1. Non potest ei adhiberi remedium, cuius est vulnus occultum. *Habetur apud Bedam, in suis Sententiis*, cap. 8.

S. AMBROS.

2. Pestilentia cavenda est, que de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem. Part. 2, tit. 4, cap. 7, § 4.

S. ANTONIN.

3. Timeat futurum supplicium, qui præsens iudicis contempsit remedium. Homil. 46 ex *III Homil.*

S. AUGUST.

4. Quia non desunt quotidiana peccata, non desunt etiam quotidiana remedia. Serm. 1 de *S. Laurent.*

5. Convertamur nos ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Homil. 16, ex *III Homil.*

6. Si agnoscis remedium, agnosce morbum : si

REMEDIIUM.

REMISSIO ANIMI.

negas morbum, nega remedium. Lib. 3 contra *Julian*, cap. 15.

7. Confidentia divine opitulationis contempsit infima remedia, ut gloriosiora posset exerceere certamina. *Ibid.*, cap. 21.

S. BASILIUS  
SERV. EDC.  
S. BERNARD.

8. Mali remedium cape. Orat. 29.

9. Omnis laboris remedium, alterius laboris initium est. Serm. de *Primordiis*.

10. Adversa carnis, remedia sunt animi. Serm. 43 ad *Sorem.*

S. BONAV.

11. Diligit brutum suum remedium, que fugit sibi nocivum : et tu, homo, contemnis (cognoscens tua mala, et ea effugere non curans) quaerere remedia ? Serm. 1 de *Sanctis Apostolis*.

S. CESARIUS  
ARELAT.

12. Vix de foris aliquid potest esse remedium, quando intus est vulnus inclusum. Homil. 4.

SIXTUS  
PHILOSOPH.

13. Qui remedium animæ suæ, quando potuit, noluit quaerere : postea etiamsi velit, dubium est utrum mereatur accipere. *Ibid.*, nom. 13.

TRISMEG.

14. Anima peccatrix dum adhuc in fragili suo corpore continetur, remedia sibi æterna providet. *Ibid.*, homil. 15.

CASSIOPOR.

15. In remedium salutis suæ semper tardus est, qui vite suæ incertus est. *Ibid.*, homil. 17.

S. EUSEBIUS  
EMISEN.

16. Saluberrima medicina, ut morbus contrario remedii munere curetur. Super *Psaln. cvj*, vers. 12.

GLOSS. DEC.

17. Vicinum remedium, salubre presidium. Homil. 2 de *Synbola*.

S. HIERON.

18. Novis supervenientibus causis, novis est remediis succurrendum. In *Decretis Gratiani*, in *Prologo*.

S. HIERON.

19. Remediis nocentibus cura perficitur : ut morboris pretio redempta sanitas, charior habeatur et grata. Epist. 6, ad *Amicum*.

HUGO CARD.

20. Amor non accipit de impossibilitate solatium, neque ex difficultate remedium. Epist. 10, ad *Paulam et Eustoch. de Assumpt. B. M.*

JOAN. CASS.

21. Nihil adeo sanitatem impedit, quam remedium crebra mutatio. Super *Hierom.*, cap. xxxviii.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

22. Nulli dubium est, illum posse rectissime de remediis malorum valetudinem disputare, qui eorum prius causas atque origines ægrotantium conscientia attestante apprehenderit. Collat. 19, *Abbat. Joannis*, cap. 13.

23. De morborum suorum curatione sollicitis remedium salutare deesse non poterit : idcirco eodem modo, quo uniuscujusque vitii deprehenduntur indicia, etiam remedia sunt quaerenda. *Ibid.*, cap. 14.

24. Innata vitia nullis cedunt remediis. Homil. 22 ex *Divers. in Math.*

25. Remedium amoris est gehennæ memoria, Tom. IV.

Dei timor, regni colorum remedium. Homil. 7 super *II Cor.*

26. Magna vulnera magnis remediis indigent. S. THEODOB. Super *Psaln. l.*, vers. 1.

SENTENTIE PAGANORUM.

27. Ad extremos morbos, extrema exquisita comparata remedia optima. Commentar. 1, aphorism. 6.

HYPOCR.

28. Ferox et adversus omne remedium, contumax est. De *Consol. ad Helviam*, cap. 16.

SENECA.

29. Nihil æque sanitatem impedit, quam remedium crebra mutatio. Epist. 2.

30. Remedia non prosunt, nisi immorentur. Epist. 40.

31. Ubi usitata remedia non procedunt, tentia contraria. In suis *Proverb.*, in fine positus, littera 5.

REMISSIO ANIMI.

SENTENTIE PATRUM.

1. Caveamus ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi conculum quandam bonorum operum. Lib. 1 *Offic.*, cap. 20.

S. AMBROS.

2. Sicut fatigatio corporalis solvitur per corporis quietem, ita etiam oportet quod fatigatio animalis solvatur per quietem animi : quies enim animi, est delectatio seu remissio. Part. 4, tit. 4, cap. 10, § 3.

S. ANTONIN.

3. Volo tandem tibi parcas : nam sapientem remittere interdum aciem rebus agendis decet intentam. Lib. 2 *Musica*, rap. 14.

S. AUGUST.

4. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, et ipsa requies sit plena sapientia, studis et bonis cogitationibus. De *discipl. scholar.* Hab. apud *Bedam, in Axiomat. philos.*, verbo *Non semper*.

BOETIUS.

5. Sicut aquila retrahit alas, ut melius extendat : sic interdum remittenda est disciplina, ut postea convalescat. Tit. 4 *Dialect.*, cap. 1.

S. BONAV.

6. Amputanda est remissio, ubi nulla decentia, vel utilitatis est intentio. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 30.

7. Noli presumere quod semper spiritualibus absque interpolatione corporaliu possis intendere. *Prosec.*

DIONYSIUS  
CARTHES.

8. Nonnullis contemplationi deditis noceret minus in corpore et anima, si se quandoque in remissione excederent, quam nimium abstinendo.

9. Esset, inquam, talibus melius, si interdum cum aliquo bono fratre, solati causa conferret de occurrentibus, quam nimis strictè silentii observationibus : alternis enim uti est delectabile, sed identitas mater est fastidii. De *Perfect. charit.*, art. 47.

40. Deliciae et remissiones animi, optimo viciendi instituto contrariae sunt. *De Civita. spirit.*, cap. 39.

41. Nostri debet esse moderaminis, tantum laxare habenas licentiae, quantum necesse sit, ne precipitales feramur in luxum. Tract. *de Machab.*

42. Ex studio arcus distenditur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur: qui si otiosa relaxationis non accipit, feriendi virtutem ipso usu tensionis perdit. Lib. 28 *Moral.*, cap. 6.

43. Virtus cum indiscrete tenetur, amittitur: cumque discrete intermittitur, plus tenetur. *Ibid.*

44. Aliquando in exercitationis virtus, cum per discretionem praetermittitur, reservatur: ut tanto postea vitia valenter feriat, quanto a percussione interim prudenter cessat. *Ibid.*

45. Curae honestae dissolvenda sunt remissionibus: nam nec arcus sufferre potest, ut assidue intendatur, sed indiget ut parumper quandoque laxetur, si rursus usui esse debeat, et nequaquam inutilis sagittario in tempore necessitatis. Orat. 25.

46. Modesta oblectatione te recrea, temperanter animum relaxa. Orat. 20, *de Pauper. amandis.*

47. Arcum frangit intensio, animum vero remissio. Super *Prov.*, cap. x.

48. Verba recreationis utilia sunt corpori, si fiant eo fine, ut mediante corpore prosint animae. Super *Matth.*, cap. xii.

49. Honestae recreatio etiam religiosus utilis ac salubris est, et tam corpori quam spiritui gratissima. Collat. 24, *Abbat. Abraham.*, cap. 20.

20. Remissio necessitatem reficiendi corpusculi cum fructu indulget, majora nobis conferens lucra cum jucundissimo corporis laxamento, quam illa sint, quae per abstinentiae fatigationem fuerant acquirenda. *Ibid.*

21. Arcum non oportet semper tensum circumferre, ne jugi curvae rigoris fortitudo laxata moleseat, atque depercat: et cum oportuerit ut fortis spicula diriganur, rigore per nimietatem continue tensionis amisso violentior ictus non possit emitti. *Prose.*

22. Animus nisi remissione quadam rigorem intensiois suae interdum relevet ac relaxet, irremisso rigore lentescens virtutis spiritus, cum necessitas possit, obsecundare non poterit. *Ibid.*, cap. 21.

23. Tanquam fluentem influens remissio animam epellit. Homil. 40 *ad Pop. Antioch.*

24. Dum plus justo caro per inordinatos labores affligitur, etiam ab exercitatione boni operis emervatur. *De Ligno vite*, tract. 11, *de Sobrietate*, cap. 2.

25. Ad hoc nobis tradita sunt exercitia christiana, ut rescatae omni illicita voluptate, in sanctas et spiritalis delicias astuemus. *Prose.*

26. Et cum nos oportet semper studere virtutibus, quidam tamen dies sunt ad castigationem quoniam observantia consecrati, ut anima quae terrenis adhuc desideriis implicatur et curis saeculi impeditur, ex intervallo saltem ad divina respiciat. Serm. 4 *de Jejun. septimi mensis.*

27. Recreationibus externis et licitis, dum uteris, cave abutaris: id est, sic circumspecte utere, ut spirituales profectum adjuvent, non impediunt. *Prose.*

28. Potes quidem animum ad honorem Dei remittere, sed cum dimittere non debes. In *Speculo monachorum.*

29. Diversa est animi remissio: relaxatur insipientium ratio ad peccandum licentius, recte sapientium vero ad fruendum tranquillitate hilaritateque. Lib. *de Plant. Noe.*

30. Sicut fatigatio corporalis solvitur per corporis quietem, ita etiam quietem quod fatigatio animalis solvatur per animae quietem. 2, 2, quest. 468, art. 2.

31. Animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intensioe relaxaretur. *Ibid.*

32. Necesse est iudicis interdum uti, quasi ad quandam animae quietem. *Ibid.*

33. Discretus labor sit, ne corruptus infirmum, aut ad divina reddat ineptum: nam quod moderatum est, melius perseverat. Medit. 19, *de Fatigat. Jesu*, cap. 3.

34. Non est vera recreatio dicenda, otiosi et fabulari, sed magis excoeratio nominanda: quando opus Dei negligitur, et nuga recitantur. *De Discipl. claustr.*, cap. 6, sect. 2.

35. Solet omnino honestae vite statum remissio incauta decipere. Homil. 19.

SENTENTIA PAGANORUM.

36. Qui laborant, indigent relaxatione, et huius gratia est focus: propterea oportet jocum adhiberi, qui tanquam medicinam eo tempore affertur: nam relaxatio est motus animi, et requies per voluptatem. Lib. 3 *Polit.*, cap. 3.

37. Interpone tuis interdum gaudia curis: Ut possis animo quemvis sufferre laborem. Lib. 3 *Distichorum*, met. 15.

38. Otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio. Lib. 2 *de Oratore.*

39. Mili liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit, ut relaxetur animus. *Ibid.*

40. Per remissionem animi sepe multi dantur ad studium reditus. Lib. 1 *de Officio.*

41. Cum relaxare animos et dare juvenitati

S. LEO.

FLATO.  
PLINUS II.

LUDOVICUS  
BLESII.

SENECA.

PELLO ITO.

S. THOMAS  
AQUINAS.

TERENTIUS  
A REMENTI.

S. VALEN  
TINUS.

S. THOMAS  
AQUINAS.

S. AMBROS.

CATO.

S. HIERON.

adolescentes volent, caveant intemperantiam, mominerintque verocundiam. *Ibid.*

42. Senibus labores corporis minuendi sunt, exercitationes vero animi augenda videntur. *Ibid.*

43. Non est segnitie, neque molitiae remittendus animus. *Sisygia* 4, in *Dialog. 1. Alciadias.*

44. Demus allenis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus. Lib. 2, epist. 17, *ad Genitorum.*

45. Modica voluptas laxat animos et temperat. Lib. 2 *de Ira*, cap. 45.

46. Danda est remissio animis, ut meliores acioresque requirit surgant: animorum enim impetus assiduum labor frangit; vires recipient paulum resoluti et remissi. *De Tranquillitate animi*, cap. 15.

47. Indulgendum est animo, dandumque subinde otium, quod alimenti ac virium loco sit, ut augeat atollatque se animus. *Ibid.*

48. Non ego te iubeo semper immingere libro, dandum est aliquod intervallum animo, ita tamen ut non resolvatur, sed ut remittatur. Epist. 15.

49. Gravior affectus, sanitatis loco est bona remissio. Epist. 29.

50. Nos animum aliquando debemus relaxare, et quibusdam oblectamentis reficere: sed ipsa oblectamenta opera sint. Epist. 58.

51. In remedium cedunt honesta solatia: et quidquid animum erexit, etiam corpori prodest. Epist. 78.

52. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, et requies ipsa plena sit sapientiae studiis, et cogitationibus bonis: nam prudens nunquam otio marcescit, habet autem aliquando remissum animum, nunquam solum. *De quatuor virt.*

Vide etiam tit. *Exercitium*, sent. 39.

REMUNERATIO.

Definitio. Remuneratio est, cum alicui recompensatur pro retributione operis vel laboris, quasi quoddam praemium ipsius. 1, 2, quest. 114, art. 1.

SENTENTIA PATRUM.

1. Impius ipse sibi poena est, justus autem ipse sibi gloria: et utriusque ad bonorum aut malorum operum merces ex seipso solvitur. Lib. 1 *Officio*, cap. 12.

2. Non est ferus ad remunerandum Dominus; et cito promittit: et multa largitur. Lib. 1 *de Abraham*, cap. 3.

3. Merces facilius sequitur non expectantem. In *Prophet. super Luc.*

4. Studia ipsa virtutum, sine remuneratioe

torpescunt. Lib. 5 super *Luc.*, cap. 6, in illud: *Ve vobis divitiis*, etc.

5. Dei est pro parvis magna pensare. *De Verbis Dom.*, serm. 25.

6. Duo sunt quae remunerantur, iustitia operis, et puritas cordis. In suis *Sent.*, verbo *Genera.*

7. Invenitur in divinis Scripturis merces salva, merces magna, merces digna, merces plena, merces temporanea, merces festina, merces fidelis, merces copiosa, merces perpetua: merces salva, est angelis ministrantibus nobis; magna, datur prelati, sive presidentibus; digna, obediuntibus; plena, contemplantibus; temporanea, operantibus; festina, proficientibus; fidelis, perfectioribus; copiosa, patientibus; perpetua, perseverantibus. Super *Luc.*, cap. vi, in illud *Apocal. xii*: *Et merces mea.*

8. Quanto labor in penis est major, tanto et merces sublimior. Serm. 4 *De pluribus Mart.*

9. Nullum est bonum irremuneratum, nullum malum impunitum: ergo nullus laborat sine fructu, nullus torpet sine damno. Super lib. 1 *Sent.*, dist. 40, art. 2, quest. 2.

10. Si parum laboraveris, parum accipies: si vero multum operaberis, multa te merces manet. *Cateches.* 1.

11. Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponit remunerationi. *Prose.*

12. Quantum enim serimus operibus, tantum metemus in fructibus. Homil. *de S. Marci.*

13. Novit Deus remunerare merita, novit et punire delicta. *Ibid.*, homil. 5 *ad Monachos.*

14. Minus iustum tentat prohibitio, quam remuneratio consolatur. Super *Job.*, cap. xlii.

15. Quid gravius alique omisit esse potest, quam affectionem saeculi praetercunctis perpeti, et nequaquam ad revelationem mentis, gaudia remunerationis sperare? Lib. 1 *Moral.*, cap. 7, num. 15.

16. Quod valde esse importabile ex dolore ostenditur, consideratio provida, et remuneratio levigatur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 5.

17. Minus tentat prohibitio, quam remuneratio consolatur. *Ibid.*, lib. 25, cap. 8.

18. Mens, quam amore saeculi ex diversitate accipitur, remuneratiois praemio non repletur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 5, num. 8.

19. Tanto post in retributione major erit fructus meritis, quanto nunc studium creverit laboris. Lib. 7 in *Registro*, indicit. 2, cap. 124, epist. 124, *ad Claudianum.*

20. Plus accipimus, quam dedimus: parva dimisimus, et grandia possidemus. Epist. 26, *ad Pammach.*

21. Merces laboris optimi, fructus est beatitudinis.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CYRILLUS  
HIRSOL.

S. EUSEBIUS  
EMISENUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. HIERON.

dimis. Epist. 10, ad Paulum et Eustoch. de Assumpt. D. M.

22. Non virtus, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. Lib. 1 super Math., cap. 6, can. 10, num. 42, super illud: Cum facis eleemosynam.

HUGO A S. VICIURE.

23. Merces sanctorum multa est, magna est, pretiosa est, diuturna est: tam multa est, quod non potest numerari; tam magna est, quod non potest comprehendi; tam pretiosa est, quod non potest estimari; tam diuturna est, quod non potest finire. De Alleg. super Math., lib. 2, cap. 1.

24. Spes muneris, laborem imminuit. Lib. 1 de Claustro animæ, cap. 11.

HUGO CARD.

25. Justus sicut accensus est in virtutibus, sic et in remunerationibus. Super Math., cap. v.

26. Magna est merces pro patientia in tribulatione, sed longe major pro exultatione. Ibid.

27. Nemo illius rei mercedem accipit, quam invitus facit. Super Epist. ad Romanos, cap. viii.

S. IGNATIUS MAURI.

28. Præsens labor medicus, multa autem quam hinc expectatur, merces est. Epist. 4, ad Mariam Cussobolitem.

S. JOANNES CHRYSOST.

29. Vere justus judicis est, bene agentem remunerare, et negligentem corripere. Prosec.

30. Dominus justus nec modicam justitiam servorum suorum sine remuneratione relinquit, nec modicam culpam sine correptione dissimulat. Homil. 4 super Math. Oper. imperf.

31. Qui coelestia concupiscit, et presentia nihil arbitratur, remuneratione non caret. Homil. 62 super Joan.

32. Quomodo poterit in obsequium quispiam provocari, si contumax indigne coeperit numerari? Homil. 8 in dictum Joan. xv: Vos amici mei estis.

33. Qui a Deo laborum remunerationem in hac vita requirit, et humanarum gratia virtutem rerum operatur, is suam munit mercedem. Homil. 20 super I Cor.

34. Si omnino dignus fueris agere aliquid quod Deo placeat, aliam adhuc præter hoc ipsum, quod placere meruisti, mercedem requiris; vere ignoras quantum boni sibi placere Deo. Si enim scires, nunquam aliquid aliud extrinsecus mercedis, aut muneris expectares. Prosec.

35. Nescis, quis major augeatur tibi merces, quando non spe mercedis operaris, sed studio placendi. Lib. 2 de Compunct. cordis.

JOAN. TRITA.

36. Malorum remuneratio in terris, merito sine indignatione ferenda est, quam non amor Dei, sed justitia voluit esse presentem. Lib. 1, homil. 18, ad Monachos.

37. Qui nullus indigens est Deus, in se assumit bonas operationes nostras, ad hoc ut præset nobis retributionem bonorum suorum. Lib. 4 adversa. Hæres., cap. 34.

S. TEREUS

38. Justi honorum operum mercedem non hic, sed in futuro recipiunt. Prosec.

S. ISIDORUS HISPALENS.

39. Futura merces, non præsens promittitur justis; sed in celo, non in terra: non hic, sed alibi. Lib. 2 de Synon., cap. 17.

40. Justitia remunerationis et beneficentia tam immortales erunt, quam mens et anima, que hominis operibus similitudinem Dei asserpuit. De Ira Dei, cap. 23.

LACT. FIRM.

41. Nihil sic a curis et laboribus luctus exilii sublevat, quemadmodum futura felicitatis in sensu cordis sperare mercedem. Lib. 2 de Spirit. resurrexit., cap. 33.

S. LAURENT. JUSTIN.

42. Quia justus inspector Deus est animorum, non impediendum solum operis, sed etiam affectum est remuneraturus operantis. Serm. 3 de Jejun. septimi mensis.

S. LEO I.

43. Non dubitet de receptione præmii, cui Christus debitor est. Serm. 2 de Jejun. septimi mensis.

44. Secundam altitudinem meritorum, surgit remuneratio præmiorum. Lib. 2 de Mosaicis tabernaculo.

PETRUS CREL

45. Qui bona agit et mala suscipit, quidquid sibi justè retributionibus in terra subtrahitur, hoc sibi in celo multipliciter cumulatur. Lib. 8, epist. 6.

S. PETERUS DAMIANUS.

46. Qui in hac vita virtutis remunerationem non fuerit adeptus, illam in altera vita certo consequetur. Quæst. 45 in Genes.

S. TROBODOR.

47. Majori labore acquiritur major merces. Opuscul. 9, de Decem Præceptis, præcept. 5, verbo Non occides.

S. THOMA AQUINAS.

48. Hæc est magnarum ratio virtutum; ut quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirat. Hom. de Arcta vita.

S. VALERE. EPISC.

SENTENTIE PAGANORUM.

49. Stultus est, qui non exigi temporis mercede magne rei aleam redimit. Epist. 58.

SENECA.

Vide etiam tit. Clamor, sent. 29; Dilatio sent. 60.

RENUNTIATIO IN GENERE.

Definitio. Renuntiatio est solutio vinculorum materialis hujus, et temporarie vite, et liberatio ab humanis officiis. Quæst. 8 Quæst. diffusæ explicatur.

S. BASILIUS MAGNUS.

Renuntiatio est actio, qua homo extra a suis possessionibus, a suis parentibus, et a seipso egreditur. Super Genes., cap. xv.

HUGO CARD.

Abrenuntiatio nihil est aliud quam crucis ac mor-

JOAN. CASS.

fificationis indicium. De Canob. inst., lib. 4, Inst. renant., cap. 31.

HUGO A S. VICTORE.

Definitio. Abrenuntiatio triplex est: abrenuntiatio culpæ; abrenuntiatio possessionis propriæ; abrenuntiatio delectationis mundanæ; cum peccatum, quod prius delectabat, relinquatur; cum terrena substantia, quæ foris possidebatur, deseritur; cum carnalium sensuum lascivia mortificatur. Lib. 1 Miscellan., codic. 1, tit. 107.

JOAN. CASS.

Tres sunt abrenuntiationes: prima est, qua corporaliter universas divitias mundi, facultatesque contemnimus; secunda, qua mores ac vitia affectusque pristinos animi et carnis respicimus; tertia, qua mentem nostram de presentibus universis ac visibilibus evocantes, futura tantummodo contemplamur, et ea que sunt invisibilia concupiscimus. Collat. 3, Abbatis Paphnutii, cap. 6.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Hæc vera est sæculi fuga, abdicatio domesticorum, et quadam alienatio charissimorum, ut suis se abneget, qui servire Deo gestit. De Fuga sæculi, cap. 2.

2. Quando te interrogavit in baptismo sacerdos, Abrenuntias diabolo, et operibus ejus? quid respondisti? Abrenuntio. Prosec.

3. Abrenuntias sæculo, et voluptatibus ejus? quid respondisti? Abrenuntio. Memor esto sermonis tui, et nunquam tibi excidat tua sericus cautio. Lib. 1 de Sacramentis, cap. 2.

S. ARGENT.

4. Per cupiditatem regnat in homine diabolus, et cor ejus tenet, tales sunt omnes qui diligunt istum mundum: militat autem foras diabolus, quando ex toto corde huic mundo renuntiat: sic enim renuntiat, renuntiat diabolo, qui princeps est hujus mundi, eum renuntiat corruptelis et pompis et angelis ejus. De Agone christiano, cap. 1.

5. Diabolo renuntiare vos professi estis, in qua professione non hominibus, sed Deo et angelis ejus conscribentibus dixistis: Renuntio. Prosec.

6. Renuntiate ergo non solum vocibus, sed etiam moribus: non tantum sono lingua, sed et actu vite: nec tantum labiis sonantibus, sed et operibus pronuntiantibus.

7. Quid tibi cum pompis diaboli, quibus renuntia? Lib. 4 de Symbolo ad Catechumenos, cap. 1.

8. Felices illi et ipsi rari, qui familiaritatem mundi recusant, perfectoria gaudia spernunt, societatem abijciunt, nec eum perenne deceptor, et ipsi perire coguntur. In Medit., cap. 24.

9. Funde quod habes, ut capias quod non habes. Qui renuntiat sæculo, fundit: qui converti-

tur ad Deum, impletur. Primo renuntiatio est sæculo, et deinde ad Deum conversio. Homil. 37 ex vii Homil.

10. Vigilet unusquisque, ne non ex toto renuntians diabolo et pompis ejus, post professionem apud eum diabolus suos recognoscat panos: et incipiat semper rursus detineri, quem Christus voluit sua gratia liberare. Serm. 1 Vigil. Nativ.

11. Universo huic mundo renuntiet, quisquis se talem reddi desiderat, qualis a Deo factus est. De Quant. anime, cap. 3.

12. Mittitur diabolus foras, quando ex toto corde huic mundo renuntiat. De Agone christ., cap. 1.

13. Renuntiet homo diabolo, pompis et angelis ejus: hæc est illa damosa hæreditas, cui renuntiare compellimur. Contra Judoos, cap. 3.

14. Qui peccato abrenuntiat, peccato moriatur. Lib. 2 contra Julian. Oper. imperf., num. 225.

S. DONAT.

15. Perfectæ rerum abjectio, a cura expedit mentem, ab infectione affectum. In Speculo discipuli, part. 2, cap. 6.

S. EPHEMUS.

16. Si mundo renuntia, munere tuo fungere, ut desideratam margaritam consequaris. Prosec.

17. Quidam enim post mundi renuntiationem, a sæculi vita recesserunt: alii vero militia relicta, alii divitiis distributis, ad extremum propria voluntate ducti adhuc ceciderunt. De recta vivendi ratione, cap. 38.

18. Qui mundo vere renuntiarunt, nihil amplius cum mundo habent commune: atque hi, sive primo loco constituantur, sive in postremum detrudantur, eodem semper sunt animo, suique similes. Ibid., cap. 40.

19. Initium renuntiationis monachi, est timere Dominum. Ad Monachos, parentes, 1.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

20. Magnam sæculo rapit prædam, qui se abstrahere contendit e sæculo. Serm. de Castigat.

21. Postquam animus semel huic mundo perfecte abrenuntiaverit, oportet ut totum se impendat obsequio divinæ voluntatis. Super I Esdræ iii.

GLOSS. ORD.

22. Oportet ut divinis humana posthabeas: non est ergo prioribus renuntiandum, sed Deus omnibus preferendus. Super Luc., cap. xii.

ETYMO.

23. Deus omnipotens in abrenuntiatione mundi non censum, sed votum pensat, nec perpendit quid habeas in arca, sed qualem habeas conscientiam. Serm. de S. Andrea.

S. HIERON.

24. Utinam quod renuntiamus sæculo, voluntas sit, non necessitas, et paupertas habeat expe-

